Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0001-7

Sbd

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0002-3

ILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DOMINO SAMVELI DE COCCEII
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE
REGIS CONSILIARIO
SPLENDIDIS DIGNITATIBVS INCLITO
QVVM
AD EXPLICANDA VARIA NEGOTIA
ELRICAM PETERET
ET
PATERNIS CONTINERETVR AEDIBVS
VEL IMAGINARIO OFFICIO
PIETATEM ADDICTISSIMAM
MAXIMO PATRONO MEO
TESTARI VOLVI

GE. FRIEDERICVS HEINICHEN,
alumnus Ilfeldenſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0004-4

SCAZON

COccEIE, ſummae laudis arduum exemplum.
tutela Pindi, maximi manus REGIS,
iudex boni, recti, iuſti arbiter cuncti,
ſalue, VIR ILLVSTRIS, decus camoenarum,
quando ad lares parentis adpropinquaſti:
adesque demandata vt explices REGIS.
In hiſce praeſens munus accipe exile:
ſuperfluumque de negotiis multis
ſepone tempus, quis teneris adſtrictus;
admitte gratulantis omina, ac verba,
dum qualecumque a me TIBI redditur carmen.
Non hocce ſit, rogo, moleſtum et ingratum.
Laetantur aduentu TVO boni cuncti;
et pro TVA ſalute nuncupant vota:
optant ſecunda vt omne ſorte ſuccedat;
et magna adaequet fama dotibus tantis;
reique communi ſuperſtes exiſtas,
ac PRINCIPIS fauſte negotium tractes.
Vitam precantur, atque gloriam, et vires,
vt iſta conſequantur omnium ex votis
commiſſa, qui eſt mentis iuſtae TVAE feruor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0005-0

Prae caeteris vero ego gaudio exſulto,
occaſionem dum mihi dari cerno,
ſubmiſſionem qua TIBI meam teſter,
et me TIBI, PATRONE SVMME, commendem.
Nam gratia TVA obligatus inſigni
in aere totus ſum TVO, ac ero aeternum.
Me plurimis huc vsque rebus ornaſti,
meum fuit TIBI commodum et ſalus cordi,
humillima quod mente praedico et laudo;
nec temporis ſeries id vlla delebit,
Et grande quamuis pendere haut queam nomen,
huius tamen TIBI ferre nitar vſuras.
Iam TV precandus, vt benignus, ac praeſens
mihi ſis futuro tempore, meque complecti
digneris, et ſortis meae geras curam,
ſtudia ſimulque prouehenda reſpectes.
Illud tenens, ſum conſecutus optata.
Vale, PATRONE MAGNE, TE DEVS ſeruet:
nec turbet vnquam TE, precor, aſperum fatum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0006-6

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

Rh10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0008-7

ILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

DOMINO SAMVELI DE COCCEII

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE

REGIS CONSILIARIO

SPLENDIDIS DIGNITATIBVS INCLITO

QVVM

...CANDA VARIA NEGOTIA

...LRICAM PETERET

ET

... CONTINERETVR AEDIBVS

...L IMAGINARIO OFFICIO

...TATEM ADDICTISSIMAM

...IMO PATRONO MEO

TESTARI VOLVI

...DERICVS HEINICHEN,

alumnus Ilfeldenſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-318591-p0009-6